

Remig. de Gon. fallen. 13. num. 4. cum seq. eandem probat aduersus Rebuff. & Boer. D. Couar. lib. 2. variar. resol. c. 20. n. 7. & Ant. Gom. simpliciter & indistincte: sic tamen intelligendus in 2. tom. c. 10. n. 2. in 5. limit. & Nau. cum communi contra Abb. in c. 25. Manual. n. 2. Et probat latius dicens communem & in praxi receptam D. Azeu. in praxi. 9. sic tamen intelligens l. si. si. 1. par. 1. in disticta percipientem, que las traydores conocidos noxezen de la inmunidad de la Iglesia, nempe vt intelligatur secundum hanc communem distinctionem, vel melius in prodicione facta contra Regem, & l. 2. tit. 23. lib. 3. non. Coll. Reg. precipiente percussorem aleousum; pena mortis plectendum, quamuis percussus non moriatur ex illa percussione, nempe vt declaretur iuxta t. predicta. communem distincta. & procedat, quando percussus fuit animo occidendi, alias secus: & ita est tenendum, quamuis Tiberius Dec. conf. 80. n. 8. & 19. lib. 3. cum Abbate, Rebuff. & aliis quos refert, teneat contra hanc communem sententiam: Nec mirum, cum ipse ibi, & numerosis sequentibus idem probet in homicida proditorio. Animus tamen autem occidendi qualiter probetur aut presumatur, tradit Remig. vbi supra. n. 7. & Couar. in elem. si furiosus. 2. part. §. 1. n. 1. de homicid. & Iul. Clar. in pract. crimin. §. homicidium, vers. dicitur etiam. Ex qua communi sententia & distinctione, a fortiori videtur proculdubio dicendum in percussione per assassinum, alterum animo occidendi, quandoquidem hoc est receptum in percussione eo animo proditorie absque assassinio, licet mors inde sequuta non fuerit: & proculdubio hoc ita videtur tenendum.

19 Si tamen tamen animo non occidendi per assassinum quis sit percussus, & inde non moriatur, dubitatio potest, an huiusmodi assassinum gaudere debeat immunitate Ecclesie, necne? Remigius vbi supra indistincte tenet partem negatiuam: sed nihilominus, etsi grauius hoc delictum sit, cum tamen eo potissimum assassinus non gaudeat immunitate Ecclesie, quia proditorie occidat (alias enim non esset, cur gaudere non deberet) & quando quis percussus animo non occidendi alterum proditorie, gaudet immunitate illa, iuxta communem predictam distinctionem: benigne credentem idem esse in hac specie, in percussione per assassinum alterum, morte inde non sequuta, si recte constaret, animo non occidendi fuisse percussum. Et hac opinio, tanquam benignior mihi placet magis; quinimo existimo eam voluisse Remigium, vbi supra, recte inspectum, quandoquidem dum tenet assassinum, non sequuta morte immunitate Ecclesie non gaudere, eo nititur fundamentum; quia delictum fuit insidiosum: sed ipsemet prius fallen. 13. tunc demum percussorem per insidias absque assassinio non sequuta morte, tenuit non gaudere immunitate Ecclesie, cum percussus eum animo occidendi, secus alias: ergo idem visus est sentire in proposito assassini, quandoquidem hac qualitas assassini, etsi grauior sit & plus grauet, non tamen eum mouit ad suam opinionem predictam tenendam: sed tantum quod delictum fuit insidiosum, & quod assassinus attentauit consummare, licet non perferret; & sic fuit illi animus occidendi. Facit, quia tamen secundum Alexand. conf. 166. circa finem, vol. 7. dum alternatim loquitur de mandato, de occidendo vel vulnerando, videatur committi crimen assassini, etiam si quis pecunia plectus promittat vulnerare: id quidem verum minime est, quia assassinus dicitur qui se iungit

animam a corpore alterius iussu, & qui nummis captatus hominem occidit, non vero qui vulnerauit, vt tenent Archid. in dict. c. 1. colum. 1. de homicid. lib. 6. & perique omnes supra citati de hac materia agentes: & ideo Alexandrum in terminis in predicto loco increpat Ant. Gabriel. de criminal. concl. 1. n. 30. licet tamen secundum eum ibi vulnerans hoc casu grauius debeat puniri: quia id, quod fit aut fieri mandatur per pecuniam, atrocius existimatur: quem & alios refert & sequitur Mascard. vbi supra. verb. assassinus, n. 10. & 11.

S V M M A R I V M.

- 1 L. 6. tit. 2. lib. 1. noua Collect. Reg. repugnans cum l. 7. & 10. eiusdem tituli & lib. componitur cum Azeu. vt in n. 1. sed ex pluribus reuocatur eius intellectus, vt in n. seq.
- 2 In summa necessitate Ecclesia prius incipiendum est ab alienatione rerum ipsius, que tantum sunt benedicta non vero ab his, que sunt consecrata.
- 3 Causa precipua ad alienationem rerum Ecclesie est ad subueniendum pauperibus, ne frigore seu fame pereant, & ad redemptionem captiuorum.
- 4 Ratio differentia ponitur inter res benedictas tantum Ecclesie & res consecratas, quando ipsa alienantur respectu redditionis pretij, si ab Ecclesia repetantur: sed ex pluribus impugnantur, n. 12. cum seqq.
- 5 Quando pretium rerum Ecclesie distractarum specie non est conuersum in utilitatem Ecclesie, potest ipsum reperi ab aconomo, administratore vel prelato vendente, Ecclesia reuocandante suas res suo distractas: hoc tamen procedit, quando emptor fuit bona fidei, vt in n. 7. idem si mala fidei, vt in num. 8. & 9. non tamen poterit emptor vni retentione rei Ecclesie pro pretio, vt in n. 6.
- 13 Ecclesia emittens rem suam male alienatam, quando teneatur reddere emptori pretium.
- 14 Quando iure antiquo duo casus sunt equiparati per modum regule, lex noua loquens in vno, habet locum in altero: & quomodo hoc procedat.
- 15 Emptor rei subiecte restitutioni sciens, si ab eo emittatur, habet actionem aduersus venditorem ad restitutionem pretij tantum, non vero ad stipulationem ample neque ad melioramentum, nisi fuisse adeo necessaria quod illis non factis res peruisset.
- 16 Bone fidei vero possessor ad vnamque habet actionem, & poterit vni iure retentionis in dictis bonis.
- 17 Emens sciens rem alienam vel alteri obligatam, si ab eo fuerit emissa, non agit de emittione neque etiam ad pretium, nisi expresse eorum fuerit sibi de emittione, vel si pretium conuertatur in utilitatem veri dominus, vt in n. 20.
- 18 Ratio differentia inter decisionem text. in leg. si. si. C. communi. de leg. & text. in l. si fundum, C. de emitt. cum siml.
- 19 Text. in dict. l. si. si. C. communi. de leg. dum probat emptorem res subiecte restitutioni sciens non posse petere melioramenta si ab eo res predicta emittatur, loquitur respectu venditoris: secus tamen est respectu eius, cui res restituenda est, ad quem peruenerunt sine causa, alioqui is locupletaretur cum iactura aliena.
- 21 Minor aut pupillus non debent locupletari cum aliena iactura.
- 22 Bone fidei conuenit, ne de alieno quis lucrum sentiat.
- 23 Mala fidei possessor deducit expensas & melioramenta

- menta necessaria in re aliena facta.
- 24 Ecclesia reuocans rem suam, non solum de equitate, sed etiam iure communi attento, tenetur reddere pretium, nec locupletetur cum aliena iactura.
 - 25 Ecclesia in conscientia tenetur in predicta specie reddere pretium, quando fuit conuersum in utilitatem suam.
 - 26 Tam in casu l. 6. quam 7. & 10. hoc tit. 2. lib. 1. non. Collect. Reg. pretium conuersum in utilitatem Ecclesie est restituendum emptori id probanti.
 - 27 L. 6. 7. & 10. tit. 2. lib. 1. non. Collect. Reg. verus & nonus intellectus: & cum seqq.
 - 28 Dicitur, otrosi iurine item, quid significat.
 - 29 Res futura vendita vel alteri pignoratata, reddi debet domino absque solutione pretij

Q V A E S T I O V I I I.

In l. 6. 7. & 10. tit. 2. lib. 1. noua Collect.

De repugnans & concordia lib. 6. 7. & 10. tit. 2. lib. 2. noua Collect. Regia.

¶ VERO octauo, t. circa has leges de intellectu & concordia ipsarum: lex enim sexta huius tit. 2. lib. 1. noua Collect. Reg. inquit, *Que si alguna cosa de la Iglesia de las escriptas en el inuentario, ficho por el Obispo antecesor, fuere vendida, o enagenada sin derecho, el Obispo que viniere la pceda demandar, y tornar a la Iglesia, dando el precio al comprador, que ayo por ella, si mostrar, que el precio fue gastado en prono de la Iglesia: y si en su prono fue gastado, la Iglesia cobre lo suyo, y no sea tenida de pagar el precio, mas pague de los bienes propios del que la cosa enageno, o de sus herederos, &c.* Rursus l. 7. eiusdem tit. & libri prohibet: que ninguno comprare, ni tome en empeño, calico, ni libros, ni vestimentas, ni otros ornamentos que sean de la Iglesia: y que si alguno lo tomare, lo entregue luego libremente a la Iglesia sin algun precio. Et in l. 10. eiusdem tit. & lib. idem cauetur, ibi: *T ninguno sea ofado de las debarzer, ni tirar cosa alguna dello, ni de lo vender, ni empenar, porque es defendido en derecho. Y lo que ansí fuere vendido, o empenado, sea luego restituído, e tornado a las dichas Iglesias, o monesterios sin precio alguno.* Ecce leges, que videntur contrarie: lex etenim sexta iubet reddi pretium emptori rei Ecclesie indebite alienate, si ab Ecclesia eiusque prelato venditur, emptore probante illud fuisse conuersum in utilitatem Ecclesie, alias secus. At vero l. 7. & 10. expresse disponunt generaliter & indistincte contrarium: nempe *sin ningún precio.* Quomodo igitur hæc leges intelligende sunt vt conciliantur? In hoc planus & literalis intellectus ac sensus videtur esse, vt prior illa l. 6. loquatur simpliciter in rebus, que non deputantur ad altaris ministerium, nec ad cultus diuini celebrationem, vt puta, domus, vinea & familia; hæc namque alienari possunt, & pignori & obligati ob utilitatem Ecclesie, præmissa canonica solemnitate, vt in cap. sine exceptione, & per totum, 12. quæst. 2. late D. Couar. lib. 2. variarum resolutionum, cap. 17. num. 18. Rebuff. in compend. alien. rerum Ecclesie, & Rodanus in eodem tracta. D. Sarmiento de reddit. Ecclesie l. parte cap. 2. in princip. Mascard. de probat. 1. tom. concl. 71. & quod de his indebite alienatis loquatur, ad l. 6. patet ibi, *fuere*

vendida, o enagenada sin derecho. At vero reliquæ ill. nempe 7. & 10. loquantur nuncupatim in illis reb. que cultui diuino sunt destinata, sicut luxuria, vestimenta, calices & alia altarium ornamenta, vt patet euidenter ex ea litera, præcipue ad l. 10. ibi, *Ni de lo vender, ni empenar: porque es defendido en derecho.* Quoniam res hæc non aliter alienari possunt nec pignori, quam ex summa necessitate: itaque non erit quilibet necessitas sufficiens ex mente gloss. & DD. in cap. 1. de pignori. imo & summa tamen necessitate prius alienatio incipienda est ab his rebus, que tantum sunt benedicta: non vero ab his que sunt consecrata, vt sentiat ibi Ioannes Andreas & Imola, & esse hanc communem distinctionem profertur Ripa in *Lobigatione generalis*, num. 54. ff. de pignori. b. quem ad hoc refert & sequitur D. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 16. num. 8. vbi quod t. causa præcipua ad alienationem rerum Ecclesie, etiam earum que ministerio diuini cultus destinantur, est ad subueniendum pauperibus, ne frigore seu fame pereant, & ad redemptionem captiuorum, l. sancimus nemini, C. de Sacrosanct. Ecclesie. c. sicut omnino, c. antem, c. gloria Episcop. 13. quæst. 2. quod latissime ibi profertur Couar. adde l. 1. tit. 14. par. 1. Ratio t. igitur differentia erit, quia in priori casu licet sit alienatio adhibita iuris solemnitate: quod si hæc deficiat non adeo delinquit emptor, vt precium amittat: quia res ipsa alienabilis erat, seruata iuris solemnitate. Et ideo hac deficiente, res tantum ob id ab emptore cuique poterit, reddito sibi pretio si probetur conuersum fuisse in utilitatem Ecclesie: at vero in secundo casu res sacra & benedicta sunt in se prohibita alienari, nisi ex causa grauissima necessitatis, vt prædiximus, ideo eas sciens mercatus aut pignori recipiens, cum prohibitionem secum afferant, delinquit, ideo merito & vt in penam & sui odium amittit pretium indistincte, etiam si in utilitatem Ecclesie sit conuersum, estque mala fidei possessor, quia contra legum interdicia mercatur. Quod pretium Ecclesia poterit iuste retinere tanquam penam legalem, argumento, leg. quem admodum, Codic. de agr. col. & censu. lib. 11. Nihilominus tamen si pretium non sit conuersum in utilitatem Ecclesie in prima specie, predictus emptor illud petere poterit ab aconomo, administratore vel prelato Ecclesie, qui rem sibi vendidit ab eiusque bonis & heredibus id recuperare poterit, vt expresse decidit dict. l. 6. & iure communi probat textus in authent. qui res, Codic. de sacrosanct. Ecclesie. & in corpore, unde sumitur, & in cap. Vulterana 12. quæst. 2. in vers. si emptoribus. Et probat alios allegans Azeu. hic n. 18. in princip. nec non & Rebuff. in compend. alien. rerum Ecclesie, num. 116. vbi t. quod non poterit vni retentione rei Ecclesie, vt notatur in c. fin. de reb. Ecclesie non alien. Hoc tamen t. verum intelligunt DD. communiter, vt procedat, quando ille emptor emit bona fide, vt puta, si erat talis persona cui permittebatur iuris ignorantia, vel quia administrator vendidit rem vt propriam, cum esset Ecclesie & sic decepit emptore, secus si mala fide emit: ita gloss. in authent. de non alien. aut permittand. reb. Eccl. §. quia vero Leonis, el. 2. vers. si quis igitur, in verb. contra. circa si. & in Lindemus, §. sane, C. de sacrosanct. Eccl. verb. acquirantur, in fin. & in d. c. Vulterana, verb. emptoribus, 12. quæst. 13. de reb. Ecclesie non alien. & DD. communiter in cap. ad autentiam, eodem tituli.

titul. ep. communis, secund Bald. in dist. anth. qui
titul. secund. Greg. Lop. in l. 11. tit. 14. par. 1. in
reg. mas contra a quel que la vendio. ibi, contraria
opinio est communior, vt constat ex Ant. Gom.
in l. 1. 1. Taur. num. 61. & ex Azeved. in hac l. 6.
n. 18. & vltra eum refert plures Bertach. de Episc.
in 4 par. a. lib. n. 116. est communior & verior, se-
cund. Felin. in cap. cum causam, n. 26. de re iudic. vbi
quod ideo praeualebit in practica.

8 Nihilominus tamen contraria sententia est
tenenda, imo quod in hac specie emptor, si a se
euincatur res Ecclesiae propter non seruatum iuris
solemnitatem, etiam si scierit, & sic cum mala
fide emerit, licet iure communi pretium ab Ec-
clesia repetere non possit (hodie per nostram l.
potest si praedictum pretium conuersum sit in
vtilitatem Ecclesiae) valeat tamen pro eo agere
aduersus venditorem (& per consequens etiam ho-
die, quando pretium non fuit conuersum in vtili-
tatem Ecclesiae in odium iniqui alienatoris)
quam tenuit gl. in d. authent. qui res, verb. cum, in
princip. & ibi Cynus & Bald. num. 1. gloss. etiam in
cap. hoc ius, versicul. qui vero, 10. quast. 1. & An-
tonius de Butrio, in ead. audientiam, de rebus Ec-
cles. non alien. Hostiens. in summa eodem tit. in §. &
que sit pena male recipientis, num. 6. Quae opinio
hodie probata est expresse in dist. 1. 9. titul. 4. par.
14. ibi: Orrofi, el que tal heredad comprasse, sa-
biendo que era de la Iglesia, e no fiziesse la compra
en la manera que dize en las leyes deste titulo, dene la
perder, e cobrar la Iglesia con los escuquimos que ende
lleuo, e no le finca demanda ninguna del precio contra
ella, mas contra aquel que se la vendio. Et ibi notat
expresse Greg. Lopez in gloss. practica. Quod etiam
9 f probat in sua generalitate nostra lex. 6. ra contra
Ecclesiam, quando pretium est conuersum in suam
vtilitatem, quam contra alienantem, si pretium
non fuerit conuersum in vtilitatem Ecclesiae: vtro-
que enim casu indistincte intelligenda est, vt pro-
cedat, siue emptor scierit vel ignorauerit rem,
quae sibi venditur esse Ecclesiae, vt tenet etiam
Azeved. dist. num. 18. Sed si aconomus, admini-
strator vel praelatus, qui indebite alienauit, &
ideo tenetur ad pretium, vt modo probauimus
soluendo non sit, vtputa, quia sit monachus vel
alias, tenebitur tunc Ecclesia, quatenus ex pretio
illo facta est locupletior per conditionem sine
causa. Ita gloss. in d. anth. qui res, verb. cum, in fin.
quam ibi sequitur & valde notabilem, & quod
eam tenent Canonista in dist. cap. ad audientiam,
dicit Bartol. num. 2. Bald. num. 2. Paulus de Castr.
num. 2. & Salycet. num. 3. & Azeved. hic num. 14.
& Gregor. Lopez in leg. final. in glossa, et precio,
tit. 14. parit. 1. Limitant tamen hoc Petrus,
Cynus, Bald. & reliqui cum Abbate, & Felin.
vbi supra, vt procedat, vbi contrahens fuit in
bona fide, secus si in mala. Dolus enim non de-
bet remanere impunitus: & ideo nihil recupera-
bit ab Ecclesia, cum ei sit licitum accipere & re-
tinere penam legalem. Nihilominus tamen & in
hoc casu contrarium videtur tenendum ex gene-
ralitate nostrae legis, quae non solum in sub-
sidium aconomo, qui vendidit, existente non
soluendo, sed principaliter & directe permittit,
imo concedit, vt ab Ecclesia petatur pretium &
ab ea iubet reddi, si rem suam male alienatam
euincat, quoties praedictum pretium fuit conuer-
sum in vtilitatem eiusdem Ecclesiae: non quidem
distinguens, an scierit vel ignoranter contra-
hens emerit, quare indistincte est intelligenda, si-

ue scierit emptor sine ignorauerit. Lex etenim
nostra fundatur in hoc solum in conuersione pre-
tium, in vtilitatem ipsius Ecclesiae, & ne ipsa cum
aliena iactura locupletetur contra iura vulgaritatis;
et si alias posset penam legalem retinere, cum ipsa
sit auertit & cultrix iniustitiae. Et quamuis lex no-
stra intelligi possit in hoc iuxta ius commune,
nempe quando emptor emit bona fide, secus si
mala, vt modo dicebamus: attamen hodie in
nostra leg. magis placet, vt indistincte in-
telligatur. Itaque secundum nostram licet iure
communi attento, pretium in casu & specie no-
strae leg. peti non possit directe contra Ecclesiam,
nisi alias in subsidium, pretio in rem Ecclesiae
conuerso, & aconomo vendente, non existente
soluendo: quamuis si ipse haberet vnde solueret
ipse teneretur, vt praediximus; attamen hodie in
prima specie bonorum Ecclesiae, cultui diuino
non dedicatum, si pretium fuit conuersum in
vtilitatem Ecclesiae, idque probet emptor si ab
eo res euincatur, sibi praed. pretium ab Ecclesia
reddendum est: alias secus, sed a venditore peti
poterit eiusque haeredibus, vt resoluimus. At vero
iuxta hunc primum intellectum in rebus se-
cundae speciei, quae iure sunt prohibita omnino
alienari, nisi ex urgentissima necessitate, vt sunt
vasa, calices, cruces, ornamenta & caeterae res cul-
tui diuino dicatae: si nihilominus contra iuris
prohibitionem vendantur aut pignorentur, & ab
Ecclesia euincantur, pretium ab eis indistincte non
erit soluendum, siue conuersum fuerit in sui vtili-
tatem, siue non, propter delictum & malam fi-
dem emptoris, eas res scierit ementis contra iuris
prohibitionem, vt in d. 1. 7. & 10. & in sui
odiu & penam: Ideo eam, cum sit legalis, li-
cite tenet Ecclesia. Poterit tamen, vt in priori
specie a venditore peti pretium, vt probat expres-
se tex. in l. sancimus, Cod. de sacrosanct. Eccles. ibi,
nulla eis actione relinquenda vel super recipiendo pretio
vel fenore exigendo, iuncta glossa relinquenda, ex-
ponente, scilicet contra Ecclesiam, sed contra
aconomum sic per iura, quae allegat ibi vnde
fieri videtur, vt in l. in casu dist. 1. 7. & 10. emptor
11 posset probare fidem: puta, quia venditor asseruit
rem venditam esse propriam, & erat bonus vir,
cui erat credendum, vel quod pro sua communi-
ter reputatur, & insuper probaretur pretium con-
uersum fuisse in vtilitatem Ecclesiae: tunc quia
cessaret dolus & fraus, posset ab Ecclesia pretium
repeti, si ab ea res sua euinceretur. Hunc primum
intellectum ad nostras ll. Regias praefatas inter
alios quos probat, sequitur D. Azeu. hic n. 11. &
clarius n. 14. in 3. intellectus.

Sed contra tamen intellectum plura obstant. 12
Primo quia ratio differentiae super assignata pro
eo in praedicta distinctione bonorum Ecclesiae, so-
lida non videtur: non enim satis percipi posse vi-
detur, quid referat, quantum attinet ad hoc
quod ius resistat, esse rem prohibitam alienari re-
gulariter, vel permissam esse alienationem qui-
busdam solemnitatibus adhibitis; cum vtroque
casu ius resistat contractui, & tandem res sit alie-
nari prohibita, nisi alienetur in casibus, modo
& forma a iure statutis. Constat enim in vtroque
casu alienationem non iure factam, siue quia non
sit seruata iuris solemnitas; siue quia causa alie-
nationis legitima defuerit, esse nullam & a iure
prohibitam; semper enim dicitur male fidei
possessor, qui contra iura mercatur, vt in re-
gula iuris; Qui contra iura mercatur, bonam fidem

non praesumitur habere, in 6. & in l. quemadmodum,
Cod. de agricol. & censit. lib. 11. vbi similiter in
aliis rebus prohibitis alienari, si alienentur, in-
quit textus, quop emptor amittat pretium. Acce-
dat denique text. in cap. Vulturana, 12. quast.
secund. qui loquitur in alienatione rerum immo-
bilium Ecclesiae, & in eis adhuc dicit text. quia
contra constituta Synodi, ab Episcopis praedia
alienari nullo potuerunt commento, nihilominus
reouentur: sit emptoribus ad eum recursus, qui
praesumpsit aliquid de Ecclesia rebus illicita ven-
ditiōe distrahere. Omnis igitur species bonorum
Ecclesiasticorum, siue sit dicata vel non cultui di-
uino, est prohibita alienari, & emptor eorum con-
tra iura mercatur, est possessor male fidei & amit-
tit pretium, si ab eo bona praedicta euincantur, in-
distincte iure communi, siue pretium fuerit con-
uersum in vtilitatem Ecclesiae, siue non, respectu
Ecclesiae quae illud ex beneficio legis retinet in
odium & penam ipsius emptoris, non vero respec-
tu venditoris vel etiam Ecclesiae, illo existente
non soluendo, quando pretium fuit conuersum in
vtilitatem Ecclesiae, si forte bona fide emissa pro-
bati quoque possent, vt iure communi supra resolu-
imus: Ergo nihil praestat differentia supra assignata
distinguento inter praed. bona dicata, & non di-
cata cultui diuino; omnia enim praedict. bona re-
gulariter sunt a iure prohibita alienari, & in vtili-
tatem etiam emptori dicitur & est male fidei posses-
sor, nisi ratione aliqua bonam fidem habuisse do-
ceat: nisi forte malis cum gl. in d. vulturana, verb.
emptoribus, intelligere, quod in vtroque casu, qui
contra iura mercatur, dicatur, & sit male fidei
possessor, in eum finem, vt non vsucipiat; sed
quoad hoc, vt habeat recursum pro pretio contra
suum venditorem, dicatur bona fidei possessor:
quam glossam sequitur alios referens Bertach. vbi
supra. n. 116.

Sed nihilominus hae responsio, quamuis vera
sit & tenenda, quia iure probatur in casu quo lo-
quitur, ipsa tamen non enervat nec tollit difficul-
tatem: non enim negamus ipsum emptorem rei Ec-
clesiae prohibita alienari, illicite alienatae, siue sit
de prima specie bonorum, siue de secunda habere
recursum contra venditorem pro pretio, si a se
res empta euincatur, vt supra resoluimus: tamen si
adhuc in hac specie possumus contendere mini-
me esse bona fidei emptorem contra venditorem,
si a principio fuit & est male fidei possessor res-
pectu Ecclesiae: mala enim fides, quae a principio
interuenit respectu Ecclesiae, variari, purgari aut
fieri bona, respectu venditoris non potest. Nihil-
ominus tamen hoc vnum certio scio, siue sit bo-
nae vel male fidei possessor, respectu venditoris,
posse tamen ipsum venditorem conuenire pro
pretio a se dato & soluto siue res illicite distracta
sit de prima specie, siue de secunda bonorum Ec-
clesiae: quia hoc expresse a iure decusum existat: sed
profiteor rationem differantiae nullam esse effica-
cem in praed. distinctione bonorum, quare magis
in primis bonis attento nostro iure Regio, pretio
conuerso in vtilitatem Ecclesiae, agi possit directe
contra Ecclesiam pro pretio, si ab ea res sua euin-
catur, quam in secundis: illa siquidem differentia
superius assignata in praedict. intellectu nulla est,
nec aliqua vis fieri potest in eo, quod d. 1. 7. & 10.
loquantur in rebus secundae speciei prohibitis alie-
nari: bona siquidem vtriusque speciei sunt a iure
prohibita & interdita alienari, vt probauimus &
constat ex tit. de reb. Eccl. non alien. Quamuis enim

bona Ecclesiae cultui diuino dicata, rarius & cum
grauiori causa alienanda sunt, quam caetera eius
bona, nihilominus omnia illa & ista, nisi in casibus
a iure permissis respectu, & seruata debita sole-
mnitate, alienari minime possunt, sicut nec bona im-
mobilia minorum sine decreto praetoris & causa
cognita, vt in tit. de praed. & aliis reb. min. & in tit. de
rebus eorum, & c. & in l. lex qua tuores. C. de admini-
str. tur. cum similit. nec fundus dotalis, prohibente lege
Iulia insuper & generaliter omnes res a iure pro-
hibitae alienari.

Secundo tamen contra praed. primum intellectum 13
facit, quia attento iure communi etiam in primo
casu nempe in alienatione rerum immobilium Ec-
clesiae non iure facta, Ecclesia euincens rem suam
male alienatam, non tenebitur directe pretium
emptori restituere, sed in subsidium tantum, nempe
cum venditor non erat soluendo, & pretium
fuerat conuersum in vtilitatem ipsius Ecclesiae: in-
super & emptor erat bona fidei possessor, alias se-
cus, vt docuimus supra. & nihilominus hodie l. no-
stra indistincte statuit, vt si pretium conuersum
fuerit in Ecclesiae vtilitatem, idque probet emptor,
Ecclesia directe & principaliter teneatur reddere
pretium, si velit euincere rem suam; alias id est,
pretio non conuerso in vtilitatem Ecclesiae, a ven-
ditore exigi possit: quod ita disposuit lex nostra at-
tendens potius ad veritatem, nempe quod pretium
fuerit conuersum in vtilitatem Ecclesiae, ne
ipsa locupletetur cum aliena iactura contra regu-
lam iuris naturalis, cum aliis debet esse exem-
plo cultrix & auertit non obstante, quod em-
ptor contra interdictionem legis mercans sit in ma-
la fide, & quod in odium & penam legalem ip-
sius ius commune iusserit, vt pretium petere nec
recuperare possit ab Ecclesia euincente, nec con-
tra eam habeat actionem, sed contra vendito-
rem, quia Ecclesia poterat legalem retinere pen-
nam. Idem ergo dicendum est vel iure optimo
attentis legibus huius Regni in alienatione non
iure facta rerum Ecclesiae secundae speciei, nempe
cultui diuino dedicatarum in casu dictarum ll. 7. &
10. infra eodem, nempe vt si pretium earum
conuersum sit in vtilitatem Ecclesiae directe
& non in subsidium, ipsa pretium reddere tenea-
tur, si rem suam male alienatam recuperare ve-
lit. Quia tamen quando iure antiquo duo casus per
14 modum regulae sunt equiparati, lex non loquens
in vno, habere debet locum & in altero, iuxta
gloss. in leg. si quis seruo, verbo corrumpti, Codic.
de furis & seruo corrupt. & ibi Doctor. glossa
etiam in leg. quod vero contra, ff. de legibus. Hanc
dicit communem opinionem Anton. Gom. in
lib. 4. Taur. num. 7. Iaf. vbi bene loquitur, in l.
quas actiones, num. 19. Cod. de sacrosanct. Eccles.
Quod procedit, quando equiparatio fit punctua-
liter in eadem materia & casu (vt in nostra spe-
cie) secus si in alio secund Iaf. in l. si constames, n. 30.
ff. solus. mar. Procedit etiam quando equiparatio
facta est a iure per modum regulae generalis, & ge-
neraliter expressae (vt contingit etiam in propo-
sitione) secund. Tellum Fernand. in l. 4. Taur. n. 25. Quas
duas declarationes & aliam tertiam, nempe quan-
do in casu omisso non est aliter prouidum (sicut
non est in nostro: Leges namque 7. & 10. infra eod.)
non loquantur, quando pretium est conuersum
in vtilitatem Ecclesiae, nec de hoc meminere, vt
infra latius dicemus) refert & sequitur dec. Pedem. 6.
n. 9. & 10. de qua regula late etiam agit Aym. Crauet.
de antiquit. temp. 4. part. in princ. n. 98. cum sequentibus

& Burgos de Paz. in l. 3. Taur. in secunda concl. n. 94. cum sequenti.

25 Tertio & contra prædictum primum intellectum facit text. in l. fin. §. fin. C. commun. de legat. vbi probat expresse text. quod licet emptor, sciens rei grauaem, emerit rem subiectam restitutioni, & sic prohibita à iure alienari, vt in auct. res quas cum similib. C. eod. tit. habet adhuc actionem aduersus venditorem ad restitutionem pretij tantum, non vero ad stipulationem duplæ, nec ad melioramenta, nisi hæc fuissent adeo necessaria, quod illis non factis res perisset: tunc enim non obstante mala fide, talia melioramenta refici debent: text. & ibi notat DD. in l. domum, circa fi. C. de rei vendic. lal. in d. §. fin. 2. notab. Ant. de Fano de pigror.

16 in 4. membro secund. part. n. 19. Si tamen ¶ esset bonæ fidei possessor, & vt utrumque & ad melioramenta haberet actionem, vt per Bald. in d. §. fin. & ibi. D. Anton. de Fan. vbi supra. & alios citans Burgos de Paz. Iunior in sua quest. civil. 7. n. 35. & Menoch. de recuper. possess. rem. 15. n. 508. & poterit vt iure retentionis dictorum bonorum, in quibus melioramenta prædicta & expensas fecit, vt probat late cum aliis Burg. de Paz. vbi supra. n. 3. Ecce igitur text. vbi qui contra iura mercatus est, habet actionem ad pretium: Neque obstat, ¶ quod qui emit scienter rem alienam vel alteri obligatam, si ab eo fuerit euicta, non agit de euictione, neque etiam ad pretium, nisi expresse sibi cautum fuerit de euictione: text. est in l. si fundum sciens, & ibi gloss. & communiter DD. C. de euict. l. 19. tit. 5. par. 5. optima, l. 22. tit. 8. par. 5. & in aliis iuribus quæ refert & cumulat cum sua ratione Ant. Gom. 1. tom. c. 2. de empt. & vendit. n. 42. Vnde infertur errasse Aretin. in l. si aliquam rem n. 5. ff. de acquir. possess. dum affuerat emptorem rei alienæ, quam tempore contractus scit alienam esse non ipsius venditoris, nec ab eo vendi posse, habere nihilominus si euictio sequuta fuerit aduersus venditorem actionem ad repetendum pretium quod dederit: licet non habeat ordinariam de euictione actionem ad damna ad rei euictæ æstimationem, nec in id, quod eis interest propter malam fidem & scientiam rei alienæ, iniquis hoc esse communi omnium iudicio receptum: Illud namque de pretio in præfata specie verum quidem non est, quandoquidem emptor rei alienæ cum mala fide & certa rei alienæ scientia, non potest de euictione etiam ad pretium agere, nedum ad cætera, vt in d. l. si fundum, cum similib. Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 5. & ita Aretin. vbi supra. in hoc merito reprehendit D. Cou. lib. 3. variat. resol. c. 17. n. 1. & 2. in vers. ad eam quest. vbi quod eius opinio in hoc nec communis nec vera est.

17 Non ¶ inquam prædictis obstat text. in d. l. si fundum, cum ei supra adiectis: quoniam text. in d. l. fin. C. commun. de leg. loquitur & procedit in re subiecta restitutioni, quæ tamen tempore venditionis vel alterius alienationis erat alienantis: at text. in d. l. si fundum, cum similib. loquitur in re penitus aliena, etiam tempore alienationis, vt ibi tenet gloss. ordinaria & communiter DD. & in d. l. si fundum, & D. Couar. vbi supra. n. 1. vers. ad eam quest. Ant. Gom. in d. l. 51. cum sequentibus Taur. n. 61. qui alias solutiones refert. Duo igitur specialia in dict. §. fin. statuunt: primum, quod emens eam scienter agere possit ad pretium, etiam nulla apposita stipulatione: secundum, quod etiam si apponatur promissio & stipulatio euictionis, non possit emptor re euicta agere de euictione, nisi ad

pretium tantum, vt tradunt DD. in d. §. fin. & post eos Couar. vbi supra.

Quod si dixeris, in casu nostræ l. Regiæ esse speciale in Ecclesia fauore ipsius, vt emptor amittat pretium, idque petere non possit ab Ecclesia in penam, licet possit ab alienante: respondebimus hoc procedere tantum hodie vbi pretium non est conuersum in vtilitatem Ecclesiæ; secus si sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ: quia tunc iam per nostram legem Ecclesia euincens rem suam tenetur reddere pretium emptori sine excussione venditoris. Idem ergo dicendum erit in casu l. 7. & 10. inf. eod. Quod si replicas, dispositionem d. l. §. fin. ad rem non facere, quia vt diximus, res tempore alienationis erat alienantis, licet subiecta esset restitutioni: & præterea ibi datur actio ad pretium contra venditorem, non tamen contra euicentem; respondebimus adhuc, rationem conuersionis pretij in vtilitatem Ecclesiæ in nostra specie militare pro emptore, tam in casu nostræ l. 6. quam legum 7. & 10. huius tit. & præterea ¶ text. in d. §. fin. loquitur quoad venditorem & emptorem, nempe vt emptor non possit melioramenta consequi à venditore: non tamen negat, quin ea consequi possit ab eo, qui restituenda res est, ad quem perueniunt sine causa, alioqui is cum iactura aliena locupletaretur, vt in terminis ponderat Menoch. vbi supra. & fuit prius Carol. Molinæ, quem refert & sequitur Couar. vbi supra, d. lib. 3. variat. resol. c. 17. num. 1. in vers. a vero constitutio, vbi quod poterit emptor eas meliorationes retinere ant de ducere vel repetere, secundum distinctionem quæ in impensis factis à malæ fidei possessore, vel in re subiecta restitutioni, traditur in l. domo, ff. de leg. 1. l. in fundo, ff. de rei vendic. l. domum, C. eodem tit. l. si in arca, ff. de cond. idem resolut. & probat Mieres de maior. 4. par. quest. 32. num. 2. sequitur Carol. Mol. & Couar. vbi supra sed in proposito pretium cessit in meliorationem & in vtilitatem Ecclesiæ: ergo ab ea peti poterit.

Quarto contra eundem primum intellectum ipsi considero, quod est ille, qui emit scienter rem alienam, non possit agere ad pretium, si ab eo prædicta res euincatur: vt in d. l. si fundum, cum similib. id tamen ¶ verum est & procedit, nisi pretium conuersum sit in vtilitatem veri domini; tunc enim pretium rei possessoriæ domino restituendum est cum vfaris compensatis cum fructibus, vt probat expresse text. in l. emptor 65. ff. de rei vendic. qui ita se habet: Emptor prædium, quod non à domino emit, exceptione doli posita, non aliter restituere domino cogetur, quam si pecuniam creditori eius solutam, qui pignori datum prædium habuit, vsurarumque medi temporis, superfluum recuperauerit, scilicet si minus in fructibus ante litem contestatam percipere fuerit, & c. quod in Ecclesia probat lex nostra 6. & merito, cum aliis debeat esse exemplo, siue emptor bonam vel malam fidem habuerit, vt considerauit D. Azueo, hic num. 17. Ergo idem ex identitate rationis seruandum erit in rebus cultui diuino dicatis, de quibus in d. l. 7. & 10. infra eod. cum nulla sufficiens differentia ratio assignari merito queat inter nostram l. & illas: vtroque enim casu, imo & in casu d. l. emptor, contra iura quis mercatur, & nihilominus ne verus dominus cum alienæ iactura locupletetur, (prout contingeret si pretium in ipsius vtilitatem conuersum reddere non teneretur, euicta re) cogitur id restituere: si enim ¶ minor aut pupillus locupletari non debet cum alienæ iactura, nam in illis procedit etiam regula,

Lex non

Lex non hoc natura, cum similib. de condit. indeb. vt in l. si pupilli, in princ. ff. de negot. gest. & in l. 3. in princ. ff. commod. & in l. si pupilli, ff. de solut. cum aliis pluribus concordatis à Tirac. adductis in legib. commut. l. 3. g. 11. vers. ad absurdum. Quod adeo procedit, dicit, vt ¶ malæ fidei possessori detur officium iudicis, ne alter cum eius iactura locupletetur, l. plane, & ibi Bartol. ff. de petit. hered. Tirac. late de vtroque retract. tit. 1. ad finem tit. num. 53. bonæ enim fidei conuenit ne de alieno quis lucrum sentiat, l. idemque, §. 1. ff. mandat. à fortiori in Ecclesia hoc dicendum venit, nempe ne locupletetur cum aliena iactura, cum sit auctrix & cultrix iustitiæ.

23 Quinto ¶ quidem efficaciter, quia etiam malæ fidei possessor deducit expensas & melioramenta necessaria in re aliena facta, vt in l. domum, in fine, vbi omnes, Cod. de rei vendic. Alciat. in l. impense, num. 3. de impens. in reb. dotalib. fact. sequitur alios allegans Menoch. vbi supra. de recuper. possess. rem. 15. num. 414. addens non esse distinguendum, an sint facta melioramenta in faciendo vel in reficiendo: semper enim illa deducit, seu illorum æstimationem consequitur, secundum Bart. in l. in fundo, num. 11. ff. de rei vendic. vbi satis probabiliter reddit rationem: & ab hac sententia cæteri non dissentunt, secundum ipsum Menoch. & quod etiam malæ fidei possessor possit expensas factas deducere per deductionem adificij, seruat illæso pristino rei statu vel recipere officio iudicis, habita distinctione sint meliorationes vitiles, necessariæ aut voluntariæ, probat Mieres vbi supra. num. 2. vers. ex quibus apparet, est optima l. 44. tit. 28. part. 3. & ibi Gregor. Lopez, idem in l. 41. eodem tit. gloss. 1. vbi intelligit eam legem quæ videbatur contraria in impensis voluntariis, est etiam bona, lex 4. ibi, Pero este tal. tit. 4. part. 6. & ibi Greg. Lop. addit Pelaez, vbi supra. num. 3. quod iure etiam poterit recuperare expensas vitiles & melioramenta in conscientia secundum Ioan. à Medina, & Couar. quos refert & sequitur: Si igitur hoc ita est, eadem ratione idem dicendum erit in emptore rerum Ecclesiæ quantumcumque, ipsi euictis, nempe vt possit ab Ecclesia euicente pretium consequi, quoties ipsum vtilium fuerit in vtilitatem & meliorationem ipsius, quandoquidem illo pretio Ecclesia locupletior est facta.

24 Sexto ¶ et vltimo, quia etiam iure communi attentio non solum de æquitate, vt glossa dicebat in l. in bernis, §. sane verb. acquirantur. C. de sacrosanct. Eccles. Ecclesia tenetur reddere pretium, ne locupletetur cum aliena iactura, l. nam hoc natura, cum similib. ff. de condit. indeb. Azueo, hic n. 14. in vers. querit ipsemet Bald. & etiam de necessitate. De æquitate canonica, si emptor fuit bonæ fidei, vt post Paul. de Leazar. & Guil. de Cug. tenet Bald. in d. §. sane, n. 1. dicens esse notandum: Et quod de æquitate etiam emptori malæ fidei in hoc casu restituatur pretium, probat cum Cardinal. Fel. in d. e. cum causam; num. 25. de rei iud. quod hodie per nostram l. ad necessitatem redactum est vt ex ea patet, quando pretium conuersum esse in vtilitatem Ecclesiæ emptor probauerit: Ergo idem obseruandum erit generaliter & indistincte, vt nostra lex loquitur in emptore euicente quæ rei Ecclesiæ, siue sit prima speciei siue secundæ, cum nulla ratio sufficiens differentia in proposito considerari possit inter vtamque speciem vt prædiximus. Præterea lex nostra iam alexpta est hanc æquitatem, eamque in necessitatem reduxit, semoto rigore illo iuris communis aliud disponentis, nolens Ec-

clesiam locupletari cum aliena iactura, neque in penam legalem vel alio modo retineat pretium conuersum in ipsius vtilitatem: & id quidem sanctissime, cum sit Ecclesia auctrix & cultrix iustitiæ, vt sapissime diximus. Si igitur hoc ita est, cur aliud dicendum venit in emptore vforum, calicum, crucium, ornamentorum, & similibus, de quibus in dict. legib. 7. & 10. statim seqq. an quod potius in hac specie conueniat aut expediat Ecclesiam locupletari cum aliena iactura, vel retinere penam legalem? Minime quidem, cum potius Ecclesia debeat reddere vnicuique quod suum est, & suos non spoliare.

Hinc ¶ est vt in conscientia, si pretium sit conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, etiam non stante lege nostra Regia, reddi debeat ab Ecclesia euicente rem suam, vt tenet Syluest. in sua summa verb. alienatio. n. 14. argumento, 1. de deposit. vbi quia in specie illius text. non constat pecuniam versam fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, ideo ibi non datur actio contra eam: & optime idem probat D. Sarmient. de reddit. Eccles. 1. part. c. 2. n. 11.

Superest igitur, vt prædictus primus intellectus supra assignatus pro concordia harum legum minime verus sit nec tenendus, ¶ sed imo resolutum contra cum prout resoluimus, quod tam in casu nostræ leg. 6. quam dict. leg. 7. & 10. si probatur per emptorem liquido pretium conuersum fuisse in vtilitatem ipsius Ecclesiæ, si res alienata ab eo per Ecclesiam euincatur, sit emptori pretium, quod pro ea soluit, restituendum atque reddendum, per omnia supradicta, quibus optime probatur hæc resolutio veraque efficatur.

Sit ¶ igitur verus sensus, intellectus atque concordia nostrarum legum, nempe 6. 7. & 10. quod emens rem Ecclesiæ, cuiuscunque speciei, scienter vel ignoranter sine iure, hoc est contra ius, si ab eo per Ecclesiam sua res euincatur, & pretium in ipsius Ecclesiæ vtilitatem conuersum fuerit, idque liquido probauerit emptor, sibi ab Ecclesia reddendum est, vt probat nostra l. 6. ibi: Dando el precio el comprador que por ella dio, si mostrare que el precio fue gastado en prono de la Iglesia: quod etiam procedit in emptore rerum contentar. in d. l. 7. & 10. Quod si emptor probare non poterit, pretium fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, tunc Ecclesia recuperat suam rem sine redditione pretij, quod non recepit, quandoquidem in eius vtilitatem conuersum non fuit; sed illud solvendum est ei de bonis illius, quia rem illam indebite alienauit, vel suorum hæredum in odium & penam ipsius, vt nostra l. ibi, T si en su prono fue gastado, & c. & in d. l. 7. ibi, T si alguno lo tomare en reque lo luego libremente a la Iglesia su algun precio, & in dict. l. 10. inf. eod. ibi, sin precio alguno, quæ in hoc casu intelligendæ sunt loqui, nempe cum pretium conuersum non est in vtilitatem Ecclesiæ: non enim iuxta casum suum potest fingi commode exemplum, quod ibi fuerit conuersum pretium in vtilitatem Ecclesiæ, vt statim docebimus: & vt hic intellectus & concordia verior existat, considero, quod in casu nostræ l. 6. fuit æconomus, administrator vel prælator Ecclesiæ, qui alienante res Ecclesiæ vt colligitur ex mente, tenore & littera eiusdem legis, dum præcipit, vt Episcopus electus & confirmatus faciat inuentarium rerum Ecclesiæ, vt successor eius adueniens recuperare possit per dictum inuentarium res Ecclesiæ, quæ ex inibi scriptis venditæ vel alienatæ fuerint. Ex his enim verbis colligitur, Episcopum prædecessorem

C 4

forem vel administratos Ecclesie eas alienasse: quod magis insinuat in fine nostræ l. in illis verbis. *Orosi no pueda Obispo, Abbad, ni otro prelado qualquier vender ni enagenar cosa alguna de las que ganare, o acrecentare por razon de su Iglesia. Illa enim dictio: Orosi, que latine dicitur, item præsupponit continuationem & similitudinem præcedentium, quia est repetitiua præcedentium conditionum & qualitatum, vt tradit Barr. in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & in l. a sententia. ff. de appel. Dec. cons. 34. num. 19. lib. 3. licet quandoque aliud contingat, vt ibid. num. 113. & dictio item, *orosi*, est repetitiua similium, vt alios allegans docet Ioan. Garf. in tract. de nobilit. in disis oper. num. 53. quasi l. nostra in proposito dicat: Sicut prælati non possunt alienare indebite res Ecclesie, & ideo ab Ecclesia euincit possunt, vt est prædictum; ita etiã non possunt alienare cosa alguna de las que ganare o acrecentare por razon de su Iglesia. Vnde quia prælati vel administratores Ecclesie vendiderit vel alienauerit indebite res Ecclesie, necessario habuit lex distinguere de conuersione pretij in utilitatem Ecclesie, ad hoc, vt decideret, an Ecclesia res suas prædictas euincens, teneretur vel non reddere emptori suum pretium; vt priori quidem casu teneatur, posteriori vero minime, hoc dictante iure ipso admixta naturali ratione, ne locupletaretur Ecclesia cum aliena iactura. Quo fit nihil interesse ad hoc, an bona vel mala fide emptor emerit res illas, siquidem obligatio Ecclesie ad reddendum pretium fundatur in conuersione facta eiusdem in propriam ipsius utilitatem: Vnde hoc cessante, ipsa non tenetur illud reddere: sed ab alienatore eiusque bonis & hereditibus soluendum est in sui odium, culpam & penam; quia consensit alienationi indebite, cui omnino ratione officij & iuramenti, quod pro eo iuste & fideliter exercendo in sui creatione præstiterat, potius contradicere tenebatur, quanto magis auctoritatem & consensum non impartiri. Iustissime igitur & prudentissime lex in hoc prouidit, vt prius teneatur Ecclesia quæ utilitatem sensit: hoc autem deficiente æconomus, administrator vel prælati, qui indebite alienauit, & quia pretium recepit & consumpsit.*

At vero in casu l. 7. & 10. infra eodem non constat, quod æconomus, administrator vel prælati alienauerit prædictas res, cum enim nuncupatim tantum loquantur de rebus mobilibus Ecclesie, facillime poterat contingere, quod ab aliis personis quam supra dictis. hæc res mobiles furrim caperentur, & postea alienarentur vel pignorerentur aliis: hoc igitur casu principaliter ipse l. loquuntur, nempe quando ab aliis occupantur aliisque venduntur vel pignoranur: hocque constat etiam ex mente & verbis dictarum legum 7. & 10. & quidem ex d. l. 7. (& nunc supposito supra dicto, melius & clarius intelligitur, quod in hac specie loquatur) quia in principio prohibet, que nungun Christiano, Indio, ni, Moro, ni otro alguno sea ofado de comprar ni de tomar a empeno, calices, ni libros, ni cruces, ni vestimentos, ni otros ornamentos, que sean de la Iglesia: & si alguno lo tomare, entreguelo luego libremente a la Iglesia sin algun precio: dicit namque inferius lex illa: que aquel a quien lo truxeren a vender que lo tome y reciba y lo tenga en su poder, por que no se pierda, y descubralo luego de guisa que no lo pierda la Iglesia cuyo es. His igitur verbis iam clare constat, que habla quando estas cosas eran y son tomadas y hurtadas por otros: y las quieren vender, y empeno

nar a otros: y que esto sea assi acabase de entender por el fin de la misma ley, ibi, y quien esto no hiziere, aya la pena que es puesta contra los que encubren los hurtos. Ecce igitur aperta verba legis, que porque eran hurtadas estas cosas, y aquel a quien se venden o empeñan, no lo toma, y recibe, y tiene en su poder, y lo descubre luego, tiene la pena de encubridor de hurto: luego era hurtado, per que si no lo fuera, no le aiera la ley esta pena.

Pues de la l. 10. bien consta lo mismo pues manda que los thesoros, y reliquias, cruces, y calices, e incensarios, y vestimentos, y ornamentos de las Iglesias sean bien guardados, y tambien las ymagines de plata o sobre doradas, o con piedras preciosas: y que ninguno sea ofado de las desbazer, ni tirar caso alguna dello, ni de lo vender, ni empeñar: porque es defendido en derecho: h. est, quia cum sint res sacre & benedictæ, ad cultumque diuinum dicantur, prohibentur est a iure id fieri y passa ade tante la ley diciendo que lo que assi fuere vendido, o empeñado, sea luego restituído y tornado a las Iglesias o monesterios sin precio alguno: y si aquel a quien fuere vendido o empeñado lo negare que lo peche con el deble a la Iglesia, cuyo fuere, y las letras a nuestra Camara. Hæc enim omnia manifestissime insinuant res has alienatas & pignoras subtraçtas fuisse ab alienante vel pignorante, vt patet ibi, y ninguna persona sea ofada a las desbazer ni tirar cosa alguna dello, &c. h. est, & hurtado: & in fin. l. dum imponit penam dupli Ecclesie reddendi, & septenarum camera Regiæ soluendarum contra emptorem vel pignori recipientem id negantem. Quotsum igitur tam grauis pena, nisi pro receptatione & occultatione rei futiue imponitur.

Hac veritate supposita, pater, quod dixi l. 7. & 10. loquuntur in rebus mobilibus Ecclesie furto subtraçtis, & aliis venditis vel pignoratis, quia nullo modo vendi aut pignorari poterant: non vero quando ab æconomis vel prælati venduntur aut pignorantur non necessitate vel utilitate Ecclesie: ideoque præd. l. non agunt nec dilignantur de conuersione pretij facta vel non facta in utilitatem Ecclesie, sicut distinguit nostra l. 6. quoniam in casu d. l. 7. & 10. hoc non erat necessarium, quandoquidem solum agunt de prædictis rebus Ecclesie furto subtraçtis, aliis venditis vel pignoratis: quo casu certum est, pretium non fuisse conuersum in utilitatem Ecclesie, sed tantum venditoris vel pignorantis: fur enim cum furatur, pretium nullum soluit, quare merito vt indistincte & generaliter præd. l. iusserint res Ecclesie, præd. sic subtraçtas & alienatas vel pignoras statim Ecclesie, cuius sunt, restitui reddique siue aliquo pretio, in quo etiam ultra considerationes superius factas datur intelligi furatas fuisse: quandoquidem h. hoc regulare est, in quacunque re futiua vendita vel alteri pignorata, nempe vt statim domino restitatur atque reddatur sine solutione pretij, vt in l. incivile. C. de iur. consont. l. 4. in vers. Pero si esto. tit. 14. part. 7. Hocque procedit, vt patet, quod emptor ignoret vel sciat: quid enim ad rem quod ignoret, tenebitur ne ideo dominus, a quo res propria furatur, eo inuito pretium reddere, minime: Non igitur hoc casu opus erat agere leges præfatas, an pretium esset conuersum in utilitatem Ecclesie, nec ne: non enim hoc conueniebat materie de qua in eis agitur, sique esset superfluum imo ineptum.

In summa, emptori sciendi vel ignoranti cuiuscumque rei Ecclesie immobilis vel mobilis, diu-

no cultui dicatæ vel non dicatæ, alienatione non iure facta, id est, non seruatim solemniter, si ipsa ideo ab Ecclesia euincatur, tedi debet pretium ab Ecclesia vel euincente, si in ipsius utilitatem conuersum fuisse ab eodem emptore probetur: alias secus, sed de bonis venditoris, cuiusque hæredum soluendum erit, vt expresse, generaliter & principaliter decidit l. nostra 6. Hoc non contradicunt villo modo l. 7. & 10. infra hoc eodem titulo, quia non loquuntur in hac specie, sed in emptoribus vel accipientibus sub pignore rerum vel res mobiles prædicit. Ecclesiarum, ab his, qui eas furto vel alias illicitè subtraxerant. Tunc enim cum sint res futiue, si euincantur ab Ecclesiis, pretium ab eisdem minime est reddendum, quia non fuit conuersum in ipsarum utilitatem, nec in eum finem aut nomine Ecclesie, neque per earum administratores alienatæ aut pignoratæ fuerunt, sed priuatim mala fide, vt pretium earum lucrifacerent fures, eas alienantes vel pignorantes: quæ est diuersissima materia a contenta in nostra l. 6. in qua administrator Ecclesie, vt vidimus, indebite & sine iure alienauit sublatæ sunt igitur iam, vt censetur (laudetur Christus) tenebræ, difficultates & obscuritates a nostratibus causatæ.

S V M M A R I V M.

1. Conservator Apostolicus, an possit procedere contra debitores ciuiles per totam questionem, & soluitur negatiue, s. cum segg.
2. Cap. 5. in decretis de reformat. sess. 14. Concilij Tridentini. & cap. 14. sess. 7. de conservatoris agentia adducuntur, intelliguntur nu. 15. iuxta ius commune.
3. Scholares Salamantini quotidie conueniunt suos debitores ciuiles coram suo conservatore Apostolice Magistris scholarum.
4. Iniuria fit creditoribus per debitores resimenes debita.
5. Iniuria generaliter dicitur omne, quod non iure fit.
6. Conservatores quod possint defendere ab omnibus iniuriis, intelligitur, id est, ab omnibus que sunt contra ius, & quod ministrent iusticia complementum sine strepitu, &c.
7. Ecclesia, clerici & religiosi habentes iura & redditus suos per privilegium vel delegationem a regebus super eorum redditibus, eos exigere debent coram iudicibus Regiis secularibus, non vero coram Ecclesiasticis, ex l. 10. in. 7. lib. 9. Nou. Collect. Reg.
8. Conservatores Apostolici a manifestis iniuriis & violentiis defendere possunt sibi commissos: ad alia vero, que iudicalem indaginem exigunt, suam extendere potestatem non valent: quod latius declaratur iure nostro Regio, vt in numero. 11.
9. Negatione efficitur res dubia.
10. Iniuria & violentia notoria seu manifesta dicitur, quando quis est malefactor, aut rerum religiosarum spoliator notorius, id est, raptor & iniuriosus manifestus: non vero, quando debitum ciuile non soluitur.
11. Privilegium eligendi iudicem miserabilibus personis concessum, intelligitur, si iudex electus habet alias iurisdictionem in conuentum, secus vero aliter.
12. Reus conuentus coram iudice conservatore, si neget iniuriam aut violentiam notoriam & manifestam a se commissam, potest iudex conservator recipere probationes, an factum illud sit notorium, vt sic videatur, an sit sua iurisdictione.
13. Iniuria capitur dupliciter. Primo, in genere pro omni eo, quod non iure fit. Secundo, in specie pro contumelia & comicio, & sic pro offensa.
14. Verba conservatoriarum licet ampla sint, per Summum Pontificem reducuntur ad iniurias & violentias manifestas tantum.

Q V Æ S T I O IX.

In eadem l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. Nou. Collect. Reg.

De conservatore Apostolico, an possit procedere contra debitores ex causa ciuili?

QUÆRO, an iudex conservator Apostolicus possit procedere contra debitores aliquid ex causa ciuili hie, quibus est datus seu deputatus conservator a sede Apostolica, & sic an in ciuilibus possint religiosi, habentes iudicem conservatorem, coram eo conuenire suos debitores? Pro cuius questionis intellectu in mentem reuocare decet decisi. cap. 5. in decretis de reformat. sess. 14. Sacri Concilij Tridentini. vbi licet conservatorie singularibus personis ciuiscunque dignitatis & conditionis sint, & etiam capitulo concessæ, vt ipsi a molestis & iniuriis super bonis & rebus ac iuribus suis illatis defendantur, atque in possessione seu quasi bonorum, rerum ac iurium suorum manu teneantur & conferuntur, sunt sublatae in causis criminalibus & mixtis, & etiam in ciuilibus, si talis persona vel capitulum actor existerit; si autem reus existat, intra quinquennium gaudere possit beneficio prædictarum literarum, non vero ultra, eoque casu iudex conservator, vt suspectus reculari possit: & si aliqua inter ipsum & iudicem ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedendum est, donec per arbitros in forma iuris electos super suspitione hæc competentia fuerit iudicatum: in causis autem mercedum aut miserabilium personarum, permanet in suo robore decretum super hoc eiusdem sanctæ Synodi, quod est sessio 7. cap. 14. de reformat. Vniuersitates autem generales ac collegia Doctorum seu scholarum, & regularia loca, nec nõ hospitalia actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitaria, collegiorum, locorum & hospitalium huiusmodi personæ in prædicto canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sunt & esse intelligi debent.

Hoc sic præhabito, in questione nostra videtur dicendum affirmatiuum partem esse veram. Primo, ex eodem decreto Concilij Trid. præcitato, dum excipit collegia Doctorum & scholarum, & regularia loca &c. Ergo hæc in ciuilibus poterunt conuenire suos debitores coram suo iudice conservatore, quia si singularibus personis & capitulo hoc prohibetur in præfato decreto, & regularia loca &c. cætera excipiuntur, vt horum personarum in prædicto canone minime comprehendantur: Ergo in eisdem causis, in quibus singularibus personis est prohibitum vti literis & conservatoriis erit permittum locis regularibus, & aliis de quibus ibi, vt exceptio fit de regula, vt in l. nam quod liquide, cum similib. ff. de pen. leg. Secundo, quia hoc videmus quotidie in praxi admissum atque receptum

receptum in magistro scholarum, iudice conseruatore Apostolico vniuersitatis generalis, Doctorem & scholarium Salmant. coram ipso enim quotidie scholares conueniunt suos debitores, & decernuntur ab eo contra ipsos in contumacia sententia excommunicationis seruata forma legis Regie hoc permittentis, nempe 18. tit. 7. lib. 1. non Collect. Reg. Tertio, quia cum in bullis conseruatorum dicatur, quod cognoscant contra iniuriantes monasteriis &c. & retinendo debitum eorum, iniuria fiat eis, secundum Speculator. in tit. de instrument. edit. §. nunc vero aliquis, vers. 72. incip. de hoc autem queritur, consequi videtur, ut possit huiusmodi conseruator de hoc cognoscere: iniuria tamen generaliter dicitur omne, quod non iure fit, ut in princ. Instit. de iur. & in l. 1. ff. de iur. in princ. Philip. Franc. in cap. 1. num. 2. de offic. & potest. indic. delegat. in 6. Nam tunc quod possint defendere ab omnibus iniuriis, intelligitur id est, ab omnibus que sunt contra ius, & quod ministrent iustitie complementum sine strepitu, &c. ut loquens in priuilegio Sixti I V. incip. Regimini concessio fratribus Prædicatoribus & Minoribus eligendi conseruatore, dicit cum Archidiacono summe Artil. verb. conseruator. n. 1. Et quod si fratres sint priuilegiati, ut eorum conseruatores procedere possint in quacunque causa, refert Syluest. eod. verb. n. 3. in fin. & vidi dictam priuilegium hoc dicens. Quarto, quia regulariter verba conseruatoriarum sunt ampla & in omnibus casibus loqui videntur nec non & casum presentem comprehendere: ergo cum sit priuilegium atque Principis beneficium, non est restringendum, sed potius ample, ut sonat, intelligendum, ut in l. beneficium, cum similib. ff. de constitu. princ. Quinto per l. 10. tit. 7. lib. 9. Nonia Collectio. Reg. per locum ab speciali, tunc quatenus ibi cauetur, Que las Iglesias y monesterios y clergos, y personas de orden, y otros qualesquier Ecclesiasticos, que han y tienen de nos, y de los Reyes, donde nos venimos, qualesquier maravedis, y doblas, y florines, y otras qualesquier cosas, por qualesquier priuilegios y mercedes situados, y saluados en qualquier manera, o que los ouieren y han de auer por nuestras cartas de librançientos, se los demanden ante los nuestros iuezes seculares, y no ante los Ecclesiasticos, ni conseruadores, &c. Ergo extra casum illius legis, & sic in debitoribus priuatis, locus erit iurisdictioni conseruatorie. Sexto, in propriis terminis hanc partem tenet & probat Guido Pap. decis. 18. n. 3. in fin. quem refert & sequitur Didac. Perez. in l. 1. tit. 7. lib. 1. ordinam. Regal. col. 269. in vers. conseruatores autem.

His tamen non obstantibus, contraria sententia in nostra questione principali, & sic pars negatiua est tenenda, imo quod huiusmodi religiosi, habentes literas conseruatorias a sede Apostolica, minime possint in ciuilibus conuenire tanquam actores alios, & sic debitores coram suis conseruatoribus sub penis a iure statutis, de quibus hic, est verissima & tenenda. Et quidem primo per textum expressum in cap. de offic. deleg. in 6. vbi ita dicitur: Statuimus, ut conseruatores, quos plerumque concedimus, a manifestis iniuriis & violentiis defendere possint, quos eis committimus defendendos: nec ad alia, que iudiciale indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem, & ibi omnes Doctores. Ex hoc enim textu manifestissime confunditur opinio contraria Guidonis. Si enim religiosi huiusmodi possent suos debitores ex causa ciuili conuenire coram suis conseruatoribus, cum ipsi debitores negent debitum, aliaue exceptiones le-

gitimas allegent: negatione efficitur res t. dubia, l. 3. C. quibus ad libert. proclam. non licet, & ibi gloss. verb. dubium, & ceteri scribentes. Felin. in c. si clericus laicum, n. 2. de foro compet. & in cap. coram, n. 8. de offic. deleg. & in cap. super eo, de testibus cogend. & l. 1. in l. circa finem, ff. de transact. DD. in l. post rem. ff. eodem tit. ac per consequens iudicialis indago requiritur, ad hanc suam extenderent iurisdictionem prædicti iudices conseruatores: hoc autem facere non possent, ut in d. c. 1. ergo contra debitores ex causa ciuili procedere non valeant: quia si de dabiis possent cognoscere: essent quidem iudices generales in omnibus causis illorum, qui eos impetrarunt: quod esset contra ius, ut in c. ad hoc, 10. in ordin. de rescriptis. Idem etiam tenent Summistæ, vbi supra, & probatur expresse in his nostris legibus Regiis 1. & 2. tit. 5. lib. 1. non. collect. Reg. vbi t. dicitur: Los conseruadores dados y deputados por nuestro muy sancto padre, no sean o fados de perturbar nuestra iurisdiccion seclar, ni se entremetan a conser, salvo de iniurias y ofensas manifestas, y notorias, que suelen ser hechas a las Iglesias y monasterios, y personas Ecclesiasticas, segun que los derechos comunes disponen, y los santos padres que los ordenaren, y no mas, ni alende, no embargante qualesquier comisiones, o poderes, que les sean, o son dados: y si los tales conseruadores lo contrario hizieren, por esse mismo hecho pierdan las temporalidades y naturalaleza, que en nuestros reynos tienen, y sean auidos por agenos, y estranos de nuestros reynos: la qual naturalaleza no puedan recobrar, y demas que assi como rebeldes y desobedientes, a su Rey, los mandaremos salir fuera de nuestros reynos. Sed & in legibus sequentibus idem præcipitur sub aliis penis, & in cap. fin. vers. decernimus eodem tit. de offic. delegat. vbi asseritur: Decernimus, ut si de aliis, quam de manifestis iniuriis & violentiis scierit se intrinsece, seu ad alia, que iudiciale indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi: pars vero, que hoc fieri procurauerit, sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolui, nisi eis quem sic fatigauit indebitè, primo satisfaciatur integraliter de expensis.

Secundo, eadem nostra sententia negatiua confirmatur, quia de iure communi actor tenetur sequi forum rei, cap. si clericus laicum, & ibi gloss. 1. plures concordantias allegat. & in c. si sit generale, de foro compet. & vbi notatur DD. iuris ordinem, cum similibus. C. de iurisdic. omni. iud. sed in his conseruatoriis hoc ius commune non derogatur, quia non dicitur: Non obstante iure communi, quo habetur, &c. sed tantum conceditur (aut saltem concessum esse intelligendum est, ut in d. c. 1. ut huiusmodi conseruatores possint religiosos defendere ab iniuriis & molestiis manifestis & notoriis, ut prædiximus: non vero possint de aliis cognoscere: t. debitum autem ciuile non solute, non est proprie iniuria, nec violentia notoria aut manifesta, sed tunc demum, cum quis est malefactor aut religiosorum spoliator notorius, id est, raptor & inualor manifestus, ut patet ex propria vi & significatione vocabuli, & est textus in d. cap. cum sit generale, ibi: In fauorem Ecclesie est introductum, ut malefactores suos, qui sacilegi sunt censendi venerabilium locorum, retores possint, sub quo maluerint iudice conuenire, & ex Felin. in cap. Ecclesia sancte Marie, n. 7. & 8. de constitut. Adeo ut t. text. in dicit. cap. cum sit generale, in verbis modo relatu (si Matthæo de Afflicis credimus, decis. Neapol. 154. n. 4.) intelligi debet, quando iudex electus per miserabilem personam, habet iurisdictionem in ipsum conuenientum,

ueniam, secus alios: sicut videmus in electione fori, quæ datur miserabilibus personis; intelligitur enim & impetratur, si ille iudex electus per miserabilem personam, habeat alias iurisdictionem in ipsum conuenientum, alias secus, ut dicit ita fuisse pronuntiatum per factum Concilium: modo ad propositum cum iure communi hoc statutum sit pro regula, ut actor teneatur sequi forum rei, & conseruator solum procedere valeat in iniuriis & violentiis manifestis, consequitur, quod extra hos casus minime se intromittere poterit sub prædictis penis: sed non soluere debitum, etiam si de eo constet per instrumentum publicum, vel per sententiam transactam in rem iudicatam, non est huiusmodi: quia licet iniuste id fiat quando est vere debitum, nec aliqua exceptione legitima elidi potest; quod in dubio non est præsumendum: tamen non fit in hoc iniuria nec violentia manifesta, proprie & specialiter sumpta, de quibus in conseruatoriis prædictis: Ergo de eo cognoscere non valent conseruatores prædicti, cum requiratur iudiciale indaginem.

Neque obstant tradita per Doctores in cap. 1. de offic. deleg. in 6. & Syluest. vbi supra, resoluentes, t. quod si reus delinquit negat iniuriam & violentiam notoriam a se commissam, adhuc conseruator potest recipere probationes, an factum illud sit notorium, ut sic videat, an factum sit iurisdictione, ut in c. super literis de rescriptis. alias officium eius esset inutile, etsi factum notorium inuenerit, procederet, alioqui delisteret: quia non habet potestatem defendendi ab iniuria simpliciter, sed qualificatam, id est, notoriam: itaque in notoriis bene habet indaginem: sic videbatur etiam eam habere saltem in debitis, quæ per instrumentum publicum aut per sententiam transactam in rem iudicatam constant, cum id dicatur esse notorium, argumendo tempore, cum similibus, ff. de action. empr. Respondemus namque hoc non sufficere, cum tunc proprie & specificè non dicatur fieri iniuria manifesta, & in rescriptis verba capiuntur in specie, ut in cap. Rodolphus de rescriptis.

Sed quia non modicum hæc pars fulcitur, & veritas huius negotij elucebit ex responsonibus ad fundamenta contrariæ partis supra adducta, idcirco ad eas me conuerto. Non igitur t. obstat primum de decreto sacri Concilij Trid. in sua exceptione. Respondemus namque eam iuxta iuris dispositionem esse intelligendam, nempe d. c. 1. de offic. deleg. lib. 6. cum similib. id est, ut licet regularia loca & similia excepta eorumque personæ non comprehendantur in dicto decreto cuiusque prohibitionis: nihilominus tamen in his prædictis iuris dispositio seruata sit; non enim Concilium specificè agit ibi de forma & causis, quibus iudices conseruatores ab his eligendi procedere debent. Id enim omisit, ac proinde iuris dispositioni reliquit. arg. l. commodissime, cum similib. ff. de liber. & posthum. sed tantum voluit excipere à reuocatione præcedenti, quam fecerat literarum conseruatoriarum, prædicta loca eorumque personæ. At vero, quomodo ab his electi iudices conseruatores procedere valeant ac possint, ibi non egit, sed remanet in dispositione iuris communis prædicti.

Secundum, quod attulimus de praxi conseruatoris scholarum Salmant. non distinetur; tamen affirmamus tamen in ius singulare ac speciale esse, & ad alios conseruatores minime extendendum, ut expresse cauetur in d. l. 18. ibi: T en todas las otras cosas y conseruatorias, queramos que se guarde

el derecho comun, y las leyes de nuestros reynos, que acerca dello disponen, que sunt supra citata.

Tertium t. etiam non obstat, quoniam iniuria capitur dupliciter. Primo, in genere pro omni eo, quod non iure fit, ut in contrariis. Secundo, in specie pro contumelia & conuicio & sic pro offensa, ut toto tit. ff. de iniuriis, præcipue in l. lex Cornelia, ff. eodem. At debitor non soluens debitum, non dicitur facere iniuriam in specie prædicto modo, sed in genere tantum, & in rescriptis verba capiuntur in specie, ut in d. c. Rodolphus de rescriptis. Ergo cum in literis conseruatoriis dicatur vel saltem interpretata sint ex d. c. 1. ut earum virtute conseruatores tantum procedere valeant, & defendere earum impetratores de iniuriis & violentiis manifestis & notoriis, consequitur necessario intelligendum esse, ut tantum cognoscere valeant de iniuriis & violentiis manifestis, iuxta earum specialem ac strictam significationem, nempe prout in indiuiduo sonant delictum contumeliæ vel violentiæ, ut ex verbo, violentias, aperte conuincitur, nempe quod præcedens de iniuriis in suo speciali significato, de contumelia notoria accipiendum quoque sit, quandoquidem hæc duo in proposito æquiparantur, iniuria & violentia manifesta & notoria; quod etiam comprobatur ex verb. defendant. d. cap. 1. cum similib. hoc enim ad vim arque violentiam referri proprius mente ac verbis insinuat.

Non obstat & quartum, t. quia licet verba conseruatoriarum ampla sint, per summum Pontificem reducuntur ad iniurias & violentias manifestas tantum, ut in d. cap. 1. de offic. delegat. in 6. & expresse cauetur in hac nostra l. Regia 1. ibi: No embargante qualesquier comisiones, o poderes que les sean dados.

Quintum etiam non obest, quoniam d. l. 10. negatiue disponit ad excludendum factum iniustum, non vero in aliis debitoribus contrarium permittere aut concedere videtur, cum sit contra ius, & sic non continet casum specialem: nec argumentum per locum ab speciali habet locum, cum nulla specialitatis ratio assignari valeat, prout non potest ibi, iuxta tradita per Eueratdum in hoc eodem loco, qui est 68. in ordine.

Denique ut ex omnibus prædictis patet, opinionem Guid. Papæ contrariam falsam esse, & ita merito eam veram non esse & confundi ex dicto cap. 1. de officio delegat. lib. 6. affirmat Alciat. reg. 1. præsumptione 23. n. 2. in vers. & præterea, quem inaduerterter pro opinione Guidon. & sua citauit Didac. Perez. vbi supra cum expresse contra eam teneat, dicens non esse veram, & confundi per d. cap. 1. & per rationem, quam attulimus ex d. cap. 1. Rodolphus.

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosi conueniunt pro debitis ciuilibus coram iudice ordinario Ecclesiastico, an possint declinare eius iurisdictionem & eligere conseruatores, coram quo conueniantur, & per totam questionem eligitur pars affirmatiua, n. 1. & seq.
- 2 Cap. 14. de reformatione, sess. 7. sacri Concilij Trid. adducitur tanquam expressum pro parte affirmatiua, cum sua limitatione in causis mercedum & miserabilium personarum.
- 3 Vnumquodque verbum, etiam minimum, non debet censeri appositum sine virtute aliquid operandi.

Praxis duplex in questione principali procedendi contra religiosos pro debitis civilibus per ordinarium iudicem Ecclesiasticum. Vbi est casus legis non est questio dubitabilis.

QVÆSTIO X.

In eisdem ll. 1. & 2. tit. 8. lib. 1.

An religiosi possint conveniri pro debitis civilibus coram iudice ordinario Ecclesiastico?

VERO circa eandem ll. 1. an saltem huiusmodi loca singularia & similia, quae iuxta Concil. Tridentinum Conservatorem eligere possunt virtute suorum privilegiorum ac litterarum Apostolicarum, à sede Apostolica concessarum in causis, in quibus earum personae rei sunt quia contra eos ex causa civili aliquid petitur ab alijs, possunt declinare iurisdictionem iudicis ordinarij loci, conservatoremque eligere, vel iam electo uti, ut coram illo conveniantur, non vero coram Ecclesiastico ordinario, quinimo ei inhibere possunt per suum iudicem conservatorem, nec ne? Et videtur primo, quod non, eisdem prope rationibus quibus supra in questione proxime praecedenti resolvimus, alios conveniri non posse ex causa civili coram suis conservatoribus: Igitur nec conveniri ipsi debent coram eisdem. Secundo, quia iura, vt vidimus, tantum concedunt conservatoribus, vt defendere possint conservandos ab iniurijs & violentijs manifestis & notorijs, non vero in alijs causis nec rebus, etiamsi commissio eorum plenior sit; non enim possunt procedere, vbi iudicialis indago requiritur: sed causa civilis appellari non potest iniuria vel violentia manifesta; imo in ea iudicialis indago requiritur, ad quam ipsi iudices conservatores suam potestatem extendere non valent, vt in d. c. de officio delegati in fine. Ergo in causis civilibus etiam tanquam rei suis conservatoris vii non poterunt.

Nihilominus tamen in hac specie diversum censemus, quam in praecedenti, sequentibus iuris rationibus. Primo, quia cum actor sequi debeat forum rei, iuxta iuris regulas, & huiusmodi religiosi sint rei, habeantque à sede Apostolica iudicem conservatorem deputatum, quem elegerunt in causis ipsorum, qui eos defendat ac manuteneat, consequens videtur, vt coram eo conveniendi sint ex quacumque causa, quia is est suus proprius iudex, cuius ratione exempti sunt in hoc à iudice ordinario, & ideo saepe ac saepius à iure & sacro Concil. Trident. appellatur exempti.

Secundo, quia quando huiusmodi religiosi sunt rei, satis manifesta iniuria eis fieri videtur, si coram alio iudice quam suo conveniantur, vt patet ex praedictis, neque enim vlla indagatio iudicis tanquam de re dubia requiritur, quandoquidem suum proprium habent iudicem, & coram alio diverso conveniuntur.

Tertio, denique & preterea ex c. 14. de reformat. sessio. 7. sacri Concilij Tridentini, cuius haec sunt verba: In exemptorum causis constitutio Innocentij IV. quae incipit: Volentes (estque textus in c. 1. de privileg. in 6.) in generali Concilio Lugdunensi edita servetur: quam eadem facta sancta Synodus innovandam censuit: addendo insuper, quod in civilibus causis mercedum & miserabilium personarum clerici saeculares aut regulares extra mo-

nasterium degentes, quomodo libet exempti, etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeant: In alijs vero (nunc ad rem) si ipsi iudicem non habuerint, coram locorum ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis conveniri & iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possint: privilegij & exemptionibus conservatorum, deputationibus & eorum inhibitionibus adversus praemissa nequaquam valentur.

Eccè ergo textum expressum in illis verbis: Si ipsi iudicem non habuerint, vbi extra causas civiles mercedum & miserabilium personarum, in quaestionibus coram ordinarijs locorum huiusmodi religiosi exempti conveniri & ad solvendum debitum compelli possunt, etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum habeant, non obstantibus eius deputatione & inhibitione; in alijs autem tunc demum coram ordinarijs locorum conveniri pro debito, & ad id solvendum iure medio compelli possunt, si ipsi iudicem non habuerint & sic conditionaliter: ergo si eum habuerint coram ordinario in causis civilibus, veluti pro debito solvendo conveniri non possunt, sed coram suo iudice conservatore, à contrario sensu evideret deducto à litera illius cap. quod fortissimum est in iure & ex mente dispositionis, vt in l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius, cui mandat. est iuris. Si enim hoc noller sacrum Concilium, minime adiceret verba illa: Si ipsi iudicem non habuerint; nec distingueret inter causas mercedum & miserabilium personarum, & alias ab ipsis diversitas, sed indistincte & pure praeciperet atque statueret, in omnibus causis civilibus praedictos religiosos esse conveniendos coram ordinarijs locorum. Non igitur otiose verba praefata in decisione adiecta fuere: sed vt diversum ius esse indicaret inter utrasque causas. Vnumquodque enim verbum non debet censeri appositum sine virtute aliquid operandi, l. si quando. ff. de leg. 1. Quod procedit etiam in verbo, vel minima, iuxta dictum aureum Baldi, in Rubr. C. de contr. empt. q. 9. quem sequitur alios allegans Bec. conf. 2. 1. n. 25.

Est igitur ibi textus expressus pro hac secunda parte & veriori, ex quo limitatio ad eam assignatur, in causis nempe mercedum & miserabilium personarum, in quaestionibus clericis, saeculares aut regulares extra monasterium detegentes coram ordinarijs locorum conveniri, ac iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli optimo iure possunt, ne pro huiusmodi debitis cogantur coram iudice conservatore litigare, ac sumptibus & temporis dilatione fatigari; quod etiam excipit sacrum Concilium post sessio. 14. c. 5. de reformat. ibi, In causis vero mercedum & miserabilium personarum huius S. Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat, hoc est d. c. 14. sess. 7.

Praxis igitur (retenta pro veriori nostra praefata secunda opinione) erit duplex in proposito. Prima, vt produceretur libellus actionis coram ordinario loci contra huiusmodi religiosos exemptos, pro re vel quantitate debita extra causas mercedum & miserabilium personarum, & ordinarius praecipiet statim intimari eisdem, vt intra certum breuem tamen terminum, quem assignabis eisdem, eligant, vel electum & acceptatum iudicem ostendant, coram quo lis praefata agitur: talio qui eisdem libellis incietur, & intra eandem terminum directè respondeant sub excommunicationis poena; quod si illum elegerint vel electum eum accepta

acceptatione huiusmodi demonstraverint in praedictum terminum, tunc temporis ad eum causa remittenda erit ordinario; si minus, de ea ipse cognoscat. Secunda praxis est, vt ordinarius producto libello iubeat ipsum reus intimari & quod tertio die respondeant, quod si ipsi comparant cum electione sui iudicis conservatoris, & petant ad ipsum causam remitti; tunc praeiudicium brevis huius articuli examine, ad ipsum causam remittenda erit, nisi aliud iudicium obstat, alias à suo conservatore ordinarius excommunicari poterit, quod si religiosi hoc non opposuerint, ordinarius in causa iuxta iuris formam procedet.

Ad fundamenta pro contraria parte adducta respondemus, ipsa non ob stare, tum ex praedictis pro hac secunda, tum etiam, quia diversa ratio est, vt patet, quoties ipsi religiosi sunt rei; ideo merito, vt diversum ius inter utrumque casum statuatur: & cum habeantur text. expressus sacri Concilij Trident. pro nostra sententia, non potest videri tripliciter dobitandum de hac quaest. iuxta gl. in l. ancille. verb. quest. C. de furtis, innot. suo tex. ibi: Nulla iuris questio est. Inquit namque glossa ibi: Sed dubitabilis, quia casus legis; quam glossa, alios allegans sequitur l. conf. 3. n. 9. in fin.

SVMMARIVM.

- 1. Capellanus iuris patronatus ad nutum patroni in vim fundationis ab ordinario Episcopo approbato nominatus, an ad nutum eiusdem revocari possit, & per totam quest. pars affirmativa eligatur atque probatur. n. 18. cum seqq.
2. Officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuus.
3. Officialis ad libitum creatus, sine causa immutari non potest.
4. Officialis Episcopi ad suum beneplacitum constitutus, sine causa amoveri ab officio non valet.
5. Tabelliones à domino creati ad suum beneplacitum, sine causa amoveri non possunt.
6. Princeps in Francia non solet tollere officia, quae semel dedit extra mortem, renunciationem vel delictum.
7. Iudices in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter eis conceditur officium, &c.
8. Locum tenens correctoris, non potest ab ipso sine causa revocari.
9. Vicarius Episcopi confirmatus à Papa, non potest per Episcopum removeri.
10. Los officios de la casa del Rey, y corte, y chancillerias, y los officios de las ciudades, villas, y lugares, que fueren dados por vida, no vacan por finamiento del Rey, &c.
11. Omnia officia Regia curiae non vacant morte Principis, nec ad vitam officialium concessa.
12. Iudices habentes iurisdictionem ordinariam, durant usque ad advenum successorum.
13. Officia concessa ad certos annos, durant usque ad illud tempus.
14. Officia constitutorum ad universitatem causarum, non expirant morte decedentis.
15. Institores à Rege deputati ad negotiationes vel actus universales, non expirant eius morte.
16. Officia perpetua, quae venduntur vel per renunciationem conferuntur, non expirant morte decedentis.
17. Lex 20. tit. 1. 3. p. 2. intelligitur, ne obstat supra dictis.
18. Gratia Summi Pontificis ad obtinenda beneficia usque ad eius beneplacitum, expirat morte ipsius.

- 20. Voluntas per morem finitur.
21. Habens facultatem servienti per substitutum in officio tabellionatus, potest eum semel positum revocare ad libitum, etiamsi sit positus & approbatus in consilio Regio, aliumque nominare.
23. Procurator etiam licet contestatus, revocari potest cum clausula, salvo honore, &c.
24. Mandatum factum cum pacto de non revocando, revocari potest, & precarium etiam cum detrimento alterius, licet causa revocandi non adesset, dummodo dolus absit, maximumque incommodum ex revocatione non proveniat.
25. In gratijs licet primo facta servanda sit, hoc tamen fallit, si illa revocabilis sit ad nutum concedentis, quia revocatur prebendo eam alteri.
26. Consuetudo alius precedentis observantiam & interpretationem respiciens, sufficit; etiamsi non sit longi sed modici temporis.
27. Capellanus in casu questionis principalis, an semel tantum vel pluries revocari possit.
28. Etiam in penalibus, stante clausula, toties quoties, habet locum reiteratio & exaltio poena.
29. Sermo simpliciter prolatus ultra primam vicem, intelligitur quando hoc constat ex mente disponentis.
30. Idem etiam, quando dispositio induitur per modum privilegij, intellecta de prima vice, esset temporalis.

QVÆSTIO XI.

In legem 2. tit. 3. lib. 2. nov. collect. Reg.

Capellanus ad nutum patroni nominatus in vim fundationis ab Episcopo approbatae, an etiam ad nutum eiusdem patroni remoueri possit?

VERO circa hanc legem decidentem: Quae officia Regia darent, & quae vacent morte Regis, ibi: Per el tiempo que los puegan y deven tener, &c. Quid est erit dicendum in capella nostra expresse fundata, vt non sit collatiua, sed amovibilis ad nutum patroni cum consensu Episcopi ordinarij loci, qui praedictam fundationem approbavit cum praedicta conditione, & postea tribus sententijs conformibus in contradictorio iudicio latis fuit iussum, vt praedicta fundatio observaretur: patronus ad nutum suum, absque aliqua iusta causa possit amovere capellanum semel ad nutum prosumum & nominatum, aliumque eius loco subrogare vel nominare, provt fecit: an vero ordinarius loci Ecclesiasticus iuste poterit destitutum tueri in sua possessione sine causa cognitione, praecipiendo sub excommunicationis poena, ne aliquis eum impediat aut perturbet in servitio dictae capellaniae, non obstante amotione praedicta à patrono facta, & quod secundo nominatus à patrono non admittatur, neque in servitio dictae capellaniae se intromittat, provt iussit & praecipit dictus ordinarius: Super qua quaestione in facti contentingentia sui consultus.

Et in primis videtur, praedictum capellanum non potuisse amoveri à patrono sine iusta causa in iudicio probata, ac proinde de facto amotum, iuste fuisse tuitum in sua possessione per ordinarium Ecclesiasticum: quia officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuus; idemque de eo iudicandum est, quod de perpetuo, & ideo de iure remoueri non potest, argum. l. iuris peritus, in princip. ff. de excusat. tut. & ibi Bald. & Ludovic. Bologn. quod